UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De viro qui se facit seruum vt diuidatar ab vxore. D [i.e. C]

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

li, vbi videtur innui præter voluntatem Dominorũ inter ſeruum & ancillam non poſſe cõtrahi cõiugium, vel ſi contrahitur non eſſe ratum. Quibuſdam tamen videtur inter eos poſſe fieri coniugium Dominis ignorantibus.

De viro, qui ſe facit ſeruum vt dimittatur ab vxore.

In Tiburt. concil. ibid. c. Perlatum.

Illud etiam notandum, quod ſi mulier virum liberum acceperit, & ille vt cauſſam præſter diſsi-dij ſe alicuius ſeruum fecerit, nec ille vxorẽ dimit-tere, nec illa ob vinculum coniugii in ſeruitute[m] redigi poterit. Vnde illud, Perlatum eſt ad ſancti[am] ſynodum, quod quidam ingenuus ingenuam ac-ceperit vxorem, & poſt filiorum procreatione[m] occaſione diuortij, cuiuſdã ſeruum ſe fecerit. Vir[um] & mulierẽ neceſſario tenere debeat, & ſi tenuerit an illa etiam ſeruituti ſubiici debeat quæſitum e[ſt]. Iudicatum eſt vxorem minime debere dimitti: tamen ob Chriſti legem mulierem in ſeruitute[m] redigi, dum ille non ex conſenſu coniugis ſe ſe[r]-uum fecerit, quẽ liberum ipſa maritum accepera[t].

De ætate contrahentium.

Hoc etiam ſciendũ eſt, quod pueri ante xiiij. an-nos & puellæ ante xij. annos ſecundum leges ma-trimonium inire nequeunt. Quod ſi ante prędi[cta] tempora copulam inierint ſeparari poſſunt, qu[am]-uis voluntate & aſſenſu parentum iuncti fuer[int]. Qui vero in pueritia copulati poſt annos puber-tis nolunt ſe relinquere, ſed in coniunctione p[er]-manere, iam ex hoc efficiuntur coniuges, & de[in]-ceps nequeunt ſeparari. Item, Sponſalia ante ſe[p]-

30. q. 2. cap. Sponſalia.

tennium contrahi non poſſunt. Solo n. conſen[ſu] contrahuntur, qui interuenire non poteſt, niſi [ab] alterutra parte intelligatur quod inter eos agit[ur]. Duo illa executi ſumus cum aliorum quorunda[m] adiectione, quibus coniugium ſolui poteſt, nec ta-men ſolui ſemper neceſſe eſt. Nũc de illis, quæ p[er]-ſonas illegitimas penitus faciunt, addendum [eſt] & primum de ordine